

**Socianter sociatim** idem aduerbium qualitatatis. idest coniunctim. a sociare idest coniungere.

**Sodes** aliquando est aduerbiū blandientis. **Vnde** persius inspice sodes. aliquādo est aduerbium defectiuum. i. si habes. i. nichil habet plus nisi sodes hec petrus. et dicit Io. ja. a suadeo suades venit sodes aduerbium blandientis vel obsecrantis. **Vnde** pistianus dicit Inueniuntur aduerbia terminata in es per ductam. ut sodes. **Alibi** tamen connumerat inter uerba defectiua sed ibi secutus est opinionem eorum qui dixerunt quod sodes est aduerbium.

**Son** grece est tibi latine.

**Sollenter** idest assuete vel modo solito. a uerbo soleo. i. mansuetudinem habere

**Solenter**. i. sagaciter vel sapienter. a solers. tis. quod componitur. a solus. i. ars artis uel arte instructus et debet scribi per simplex l. ut uult Io. ja. et victorinus

**Solenmter**. i. festinanter vel insigniter. a solennis. i. insignis vel gloriosus. **Et** scribitur per duplex n. ut uult Casparinus

**Solide**. ius issime. i. rotunde. ius. issime. a solidus. i. rotundus.

**Solubiliter** solute idem idest libere vel non restricte. a soluo. is. ere. idest a restrictione amouere.

**Solummodo**. i. tantummodo aduerbium quantitatis.

. . . l . 2 .